



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ECCLESIASTICAE || DISCIPLINÆ || LIBRI SEX:|| DE  
CANONICA ET MO-||nastica Disciplina collapsa  
restau-||randa, pristinoqué nitori || restituenda.||**

**Schulting, Cornelius**

**Coloniae Agrippinae, 1599**

**VD16 ZV 14233**

7. De Visitationibus & Inquisitionibus in Ordine Præmonstratensium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63372](#)

immediatè sint subiectæ. Qnod si quis secus face-  
re præsumperit, sententiam excommunicatio-  
nis incurrat auctoritate generalis Capituli.

## CAPVT VII.

*De Visitationibus & inquisitionibus faciendis &  
qualiter debet monere Prælatus  
Capitulum.*

Ecclæsia Præmonstratensis per tres primos Ab-  
bates Landanensem, Floreffensem, & Luif-  
siacensem annuatim visitetur secundum formam  
privilegiorum sedis Apostolicæ sibi & eidem Ec-  
clesiaz indultorum. In alijs autem Ecclesijs cum  
Patres Abbates vel anni Circatores ad ipsas Vi-  
sitandas accesserint, & in Capitulum venerint,  
proponant tria fratribus obseruanda, ne scili-  
cet ea, quæ digne correcta fuerint, iterum coram  
ipsis proponant, aut aliquid graue de Prælato nō  
dicant, de quo non fuerit præmonitus vel ante  
præmonitus: est etiam nihilominus inhibendum  
ne ipsum prælatum vel aliquem fratrem suum  
accusat, præterquam de his, quæ post ultimam  
Visitationem fuerint perpetrata, nisi proprio Iu-  
ramento firmauerint, post ultimam visitationē fol. 376. a.e.  
ad notitiam peruenisse. Caveat autem quilibet, pud Baro-  
ne illa quæ cognouerit emendanda quasi ad ma-  
nus scandalum, quod nequissimum est usque ad  
visitatoris aduentum differat & referuet. Sed o-  
portuni temporibus, quæ contingunt, procla-  
mentur & emendentur. Qui verò contra fece-  
tit, per ipsos Visitatores, grauiter puniatur. Por-

*In Discipli-  
na adhiben-  
da moderat-  
io & huma-  
nitatis to. 6.  
Annalium.*

ro cum currenti maliciæ hominum , abundans  
cautela debeat obuiare, statutum est, quando ali-  
quis subditorum contra Prælatum suum volue-  
rit aliquid proponere peremptorium vel enor-  
me , nisi hoc publicè coram maiori vel seniori  
parte de domo, in loco competenti proponat, aut  
per tales idoneos & sufficietes, quod proposue-  
rat, asserat se posse comprobare , nullatenus au-  
diatur. Sed & si qui fratres aliquid graue vel per-  
emptorium contra aliquem fratrem de domo in  
secreto coram Visitatore proponant, audiantur,  
si ille, contra quem proponitur , super hoc fuerit  
infamatus, tunc nō à maleuolis & maledicis, sed  
à fratribus fide dignis in secreto sub Iuramento  
veritas inquiratur, & prout dignum fuerit, eme-  
detur, nisi fuerit enorme contra Prælatum gene-  
rali Capitulo referendum . Adhæc si quid diffi-  
cile vel enorme publicè contra Prælatum fuerit  
propositum ab aliquo , quod meritò perempto-  
rium debet iudicari, tunc ut melius super hoc ve-  
ritas cognoscatur, fiat inquisitio non summatis  
& in publico, sed sigillatim & in secreto. Eo in  
loco, vbi secretò fiat inquisitio habetur textus E-  
uangeliorum cum stola & ab his , qui deponent,  
Visitator per Iuramentum inquirat, tam de ob-  
iectis criminibus & veritate obiectorum, quam  
de idoneitate & vita testimoniū productorum: hoc  
prouiso quod in tali casu nullus ad Iuramentum  
introducatur, siue cogatur , nisi Prælaus testes  
iurare videat, quos accusator voluerit produc-  
re contra ipsum . Si tamen voluerit & potuerit  
interesse, dummodo maliciose non subterfugia,

v: inquisitionem evitet, & ad inquisitiones super  
peremtorijs & enormibus secreto faciendis Vi-  
sитatores de facili non procedant, nisi vbi & quan-  
do grauis infamia vel insinuatio clamosa præce-  
dit. Sed nullus proponat aliquid contra aliquem  
de auditu, nisi dicat, à quo ipse audiuit. Qui autē  
contra Prælatum suum obiecerit aliquid enor-  
me vel peremtorium, vel publicam infamiam,  
nec poterit sufficienter probare, puniatur sine Di-  
spensatione secundum quod de infamatorib. est  
statutum. Ille vero, qui tempore visitationis, de  
propositis pœnituerit, antequā testes iurauerint,  
& corā proprio Abbatē & Visitatore veniā petie-  
rint, secundū Visitatoris arbitrium, mitius punia-  
tur. Visicatus autem tam Prælatus quam subditus  
caueat sibi diligenter, ne in præsentia Visitatoris,  
vel post eius recessum cuiquam fratrum aliquam  
vindictam inferat seu opprobrium vel grauamē.  
Sed eis si quis non maliciose, sed in veritate ad-  
uersus prælatum suū aliquid habuerit, quod tole-  
rari non deceat vel debeat, prius eum cum omni  
hilaritate & charitate de sua correctione admo-  
nere procuret. Quod si semel 2. vel 3. admonitus  
se corrigeret neglexerit & cōtempserit, Patri Ab-  
bati vel Dom. præmonstratensi vel visitatoribus  
annuis, cū ad Ecclesiam illā venerint, manifestare  
procuret. Abbates autem, cum accusati fuerint,  
suas defensiones habeant coram ordine. Vbi autē  
Dominus Præmonstratensis visitauerit qualcunq;  
Ecclesiā per se vel alium idoneum cū eius literis  
destinatū, eadem Ecclesię illo anno, à Visitatorib.  
annuis mature visitentur. Illi aut, qui Dominum

490 DE DISCIPL. ECCLES.  
Præmonstratensem, Patres, Abbates, seu alios Visitatores ordinis recipere recusauerint, aut noi permiserint Visitacionis Officium plenariè exercere, & illi etiam, qui eisdem visitatoribus damnata rerum suarum intulerint, seu eosdem aut capellanos vel seruientes eorum, suis rebus spoliarerint, seu procurauerint spoljari, & qui eosdem Visitatorum capellanos, aut familiam eorum verberauerint, seu fecerint verberari, excommunicationis sententia subiaceant; & nihilominus poenæ subiaceant, quam Dominus Præmonstratensis, vel generale Capitulum eis duxerit infligendam hoc adiecto, quod si in præmissis prælati inuenti fuerint culpabiles, vel grauiter infirmati, in sequenti generali Capitulo deponantur. Quod si per seruientes sacerulares in eadem Ecclesia huiusmodi fuerint perpetrata ab omni ieritio cuiuscunque Ecclesiæ ordinis fiant in perpetuum penitus alieni. Et si alij de ordine tales scienter fuerint deprehensi, si Abbates vel Præpositi fuerint, suspendantur, si subditi incurvant excommunicationis sententiam. Et cum ipsi Visitatores non teneantur, proprijs stipendijs laborare, moderatas expensas requirant ab Ecclesijs, quas ipsos contigerit visitare, prout secundum Deum & suam conscientiam, inspectis cuiuslibet Ecclesiæ facultatibus viderint esse requirendum. Ilos quorum Ecclesijs visitauerint, ad hoc prout expedire viderint, per censuram Ecclesiasticam competentes.

CAB